A. D. 1908.

CURRENDA VI.

Akt amnestyi jubileuszowej Najjaśniejszego Pana!

Prezydyum c. k. Namiestnictwa udzieliło Nam pod datą 1. b. m. L. 2757. prezydyalnie podane niżej „Obwieszczenie“ o akcie amnestyi z okazyi sześćdziesięcioletniego jubileuszu rządów Najjaśniejszego Pana przyznanej tym, co karygodnie usunęli się od stawiennictwa przed komisyą asenterunkową lub asenterowani nie stawili się do czynnej służby wojskowej, mimo że byli powołani, lub ją porzucili przez dezercyą, ale tylko **pierwszą.**

Wielebni XX. Proboszczowie zechcą w danym wypadku uwiadomić swoich parafian, których to dotyczy, albo wprost albo przez ich krewnych, by z tego aktu łaski Monarszej korzystali.

Chodzi tu o jak najszerszą publikacyą, by i ci, co poza granicami Europy przebywają, mogli się o amnestyi dowiedzieć.

L. 22.252|pr.

Obwieszczenie.

Jego c. i k. Apostolska Mość Najwyższem postanowieniem z 26. listopada 1907. raczył rozporządzić najmiłościwiej, co następuje:

1. Wszystkim obywatelom królestw i krajów, reprezentowanych w Radzie Państwa, **skazanym przed dniem 2. grudnia 1907.** za zbiegostwo przed poborem wojskowym (§ 44. ustęp 2. do 4. i § 45. ustawy wojskowej), pozostającym z tego tytułu w powyższym okresie w śledztwie, albo też mającym odbywać za zbiegostwo przedłużoną służbę wojskową, odpuszcza się karę (o ile jej jeszcze nie odpokutowano), względnie dalsze śledztwo i karę, jakoteż orzeczone już albo zagrażające przedłużenie obowiązku służby wojskowej.

Osobom ściganym za zbiegostwo **popełnione przed 2. grudnia 1907**, oraz zagrożonym z tego tytułu śledztwem albo przedłużeniem obowiązku służby wojskowej, odpuszczcza się dalsze śledztwo i karę, jakoteż połączone z tem lub samoistne przedłużenie obowiązku służby wojskowej, pod warunkiem, jeżeli poddadzą się ciążącemu na nich jeszcze obowiązkowi stawiennictwa wojskowego, a w danym razie ustawowemu obowiązkowi służby wojskowej i w tym celu **najdalej do 1. grudnia 1909.** zgłoszą się osobiście u politycznej władzy powiatowej swojej gminy przynależności.

Wychodźcy, powracający do kraju, asenterowani przed wyjściem z trzeciej klasy wieku popisowego, podlegają prawidłowemu obowiązkowi służby wojskowej; jeżeli jednak powrót ich, a względnie zaasenterowanie nastąpi po wyjściu z trzeciej klasy wieku popisowego, wówczas obowiązani będą do służby aż do 31. grudnia tego roku, w którym ukończą 33. rok życia. Mają w tym okresie czasu odbyć służbę czynną, od której się usunęli i ćwiczenia z bronią, przypadające na resztę czasu służby.

2. Wszystkim osobom, należącym do wojska, marynarki wojennej i obrony krajowej, odbywającym karę za nieposłuchanie rozkazu, powołującego do wojska albo za pierwszą dezercyę, popełnioną przez nieposłuchanie takiego rozkazu, odpuszczoną zostaje pozostała kara **z dniem 2. grudnia 1907.**

Wszystkim należącym do wojska, marynarki wojennej i obrony krajowej, zostającym w śledztwie lub ściganym przez sąd karny z powodu jednego z wymienionych tu a **przed 2. grudnia 1907.** popełnionych karygodnych czynów, albo zagrożonym takiem ściganiem sądowem lub karą dyscyplinarną, odpuszcza się dalsze śledztwo i karę, a to tym, którzy nie są jeszcze w śledztwie pod warunkiem, jeżeli zgłoszą się osobiście w czasie od 2. grudnia 1907. **najdalej do 1. grudnia 1909.** u jednej z władz politycznych lub wojskowych w kraju o zastosowanie do nich dobrodziejstwa niniejszej amnestyi.

Odpuszczenie śledztwa i kary niema zastosowania do uwodzicieli, uznanych winnymi zbrodni lub występku z § 6. ustawy z 28. czerwca 1890, Dz. u. p. Nr. 137.

Ci, którzy w chwili wniesienia prośby o zastosowanie do nich niniejszej amnestyi, wyłączeni już zostali stosownie do przepisów ze stanu armii jako dezerterzy, tracą swój stopień wojskowy (szarżę).

Osobom objętym amnestyą ma czas interkalarny dezercyi wliczony być do czasu służby i opuszczoną służbę czynną i ośmiotygodniowe wojskowe wykształcenie mają odsłużyć dodatkowo w ciągu ogólnego czasu służby, natomiast nie mają odsługiwać opuszczonych ćwiczeń z bronią.

3. Zbieg czynów karygodnych, odpuszczonych niniejszą amnestyą, z innymi karygodnymi czynami, nie wyklucza objęcia sprawców tą amnestyą, jeżeli jeszcze nie zostali skazani; za czyny karygodne nie objęte amnestyą pozostają oni jednak odpowiedzialnymi. Natomiast wyjęci są od amnestyi ci, którzy skazani już zostali za jeden z postępków objętych amnestyą, a zarazem i za inne czyny karygodne; co do takich osób, jak również co do tych, którzy po raz pierwszy dopuścili się dezercyi z normalnej lub wyjątkowej służby czynnej, przedstawione być mogą specyalne wnioski o ułaskawienie, jeśli zachodzą okoliczności, godne szczególniejszego uwzględnienia.

Niniejszy akt Najwyższej łaski podaje się do powszechnej wiadomości.

Lwów, dnia 11. grudnia 1907.

C. k. Namiestnik: **POTOCKI w. r.**

ALLOCUTIO

Quam Pius X. habuit in Consistorio secreto diei 16. Decembris 1907. de mendaci ac insolenti modernistarum superbia.

Venerabiles Fratres.

Relicturus Ecclesiam, quam sanguine suo acquisiverat, ac transiturus de hoc mundo ad Patrem, Christus Dominus id nobis, nec semel nec obscure, praenuntiavit, fore nos insectationibus inimicorum perpetuo premendos, neque unquam in hisce terris carituros adversis. Scilicet hoc sponsae debebatur, quod Sponso obtigerat; ut quomodo Huic dictum fuerat: „Dominare in medio inimicorum tuorum"[1]), sic illa per medios hostes mediasque pugnas a mari dominaretur usque ad mare, donec, promissionis terram ingressa, perenni tranquillitate feliciter potiretur. — Quod utique divini Reparatoris oraculum, ut nullo non tempore, sic modo impleri ad unguem videmus. Alibi quidem acie apertaque dimicatione, astu alibi abstrusisque insidiis, attamen ubique Ecclesiam oppugnari conspicimus. Quidquid ilius est jurium, impetitur ac proculcatur: leges vel ab iis despiciuntur, quorum esset earundem tueri auctoritatem; impia interea impudentique ephemeridum colluvie fidei sanctitas morumque nitor maculatur, detrimento animorum maximo, nec minori civilis consociationis damno ac perturbatione; quod ipsi, ut alias saepe, sic non ita pridem vel inter nostrates vestris fere oculis observastis.

Sed his aliud modo additur malum plane gravissimum: sollicitum quoddam studium late increbrescens novarum rerum, disciplinae omnis ac potestatis impatiens; quod Ecclesiae doctrinas ipsamque adeo revelatam a Deo veritatem impetens, nititur religionem sanctissimam a fundamentis convellere. Eo nimirum ducuntur (utinam pauciore numero!), qui ejus, quam vulgo scientiam et criticen et progressionem et humanitatem dictitant, audacissimas opiniones coeco fere impetu amplectuntur. Hi quidem, spreta tum Romani Pontificis tum Episcoporum auctoritate, methodicam invehunt dubitationem impiissimam circa ipsa fidei fundamenta; ac, praesertim si e clero sunt, catholicae theologiae studia aspernati, philosophiam, sociologiam, litteraturam e venenatis fontibus hauriunt; tum vero conscientiam quandam laicam catholicae oppositam pleno ore concrepant; sibique ius simul officiumque adrogant catholicorum conscientias corrigendi ac reformandi.

Lugendum plane foret, si homines eiusmodi, Ecclesiae gremio relicto, ad apertos hostes convolarent: verum longe magis dolendum est, quod eo devenerint caecitatis, ut se adhuc Ecclesiae filios reputent et jactent, eierato quamvis, factis etsi forte non verbis, fidei sacramento, quod in baptismate edixerunt. Sic porro, fallaci quadam animi tranquilitate ducti, christiana etiam sacra frequentant, sanctissimo Christi Corpore reficiuntur, quin et ad altare Dei, quod plane horrendum, sacrificaturi accedunt; inter haec tamen, quae praedicant, quae agitant, quae pertinacia summa profitentur illos a fide excidisse demonstrant, dumque se navi duci autumant, foede naufragium fecisse.

Decessorum Nostrorum exemplo, qui vigilantia maxima constantissimoque pectore sanam doctrinam tutati sunt, solliciti ne quid ei labis aspergeretur, Nos quoque, aposto-

---

[1]) Ps. CIX, 2.

lici praecepti memores „bonum depositum custodi“[1]) decretum *Lamentabili* nuper edidimus, mox vero Litteras Encyclicas *Pascendi dominici gregis;* atque Episcopos gravissime commonefecimus ut, praeter cetera a Nobis praescripta, sacra praesertim seminaria diligentissime custodiant, caventes ne quid capiat detrimenti institutio adolescentium, qui in spem sacri cleri educantur; quod, gratulantes dicimus, a plerisque omnibus et volenti animo exceptum est et strenue perficitur.

Paterno tamen huic studio *ad correptionem animarum errantium* quo pacto ab ipsis errantibus responsum sit, non ignoratis, Venerabiles Fratres. Alii quidem, *in hypocrisi loquentes mendacium,* ad se, quae dicebamus, non pertinere professi sunt, callidis argumentis animadversioni se subducere conantes. Alii vero insolenti superbia, bonorum omnium luctu, apertissime restiterunt. Quare, quae suggerebat caritas, in cassum adhibitis, canonicas demum irrogare poenas, moerore animi maximo, coacti fuimus. Deum tamen, luminum ac misericordiarum Patrem, rogare impensissime non desistimus, ut velit errantes in viam revocare justitiae. Idipsum et fieri a vobis, Venerabiles Fratres, vehementer optamus, illud minime dubitatens omnem operam Nobiscum vos impensuros ad hanc luem errorum quam latissime prohibendam.

Nunc autem ut hodierni conventus vestri rationem attingamus, hoc primum monere vos volumus, postquam iteratis postulationibus dilecti Filii Nostri Josephi Sebastiani Neto de resignando Olysipponensi patriarchatu diu amantissimeque restitimus, resignationem ipsam demum Nos excepisse. Pariarcham novum, qui in ejus locum succedat, mox in decreto et schedulis consistorialibus designabimus.

Post haec S. R. E. Cardinales creare ac renuntiare egregios viros quatuor decrevimus, quos sua quemque virtus et variorum administratio munerum dignos probavere, qui in amplissimum Collegium vestrum cooptarentur. Hi autem sunt:

Petrus Gaspari, Archiepiscopus tit. Caesariensis, Adiutor sacri Consilii Nostri negotis extraordinariis praepositi;

Ludovicus Henricus Luçon, Archiepiscopus Rhemensis;

Paulinus Petrus Andrieu, Episcopus Massiliensis;

Cajetanus De Lai, Sacrae Congregationis Concilii Secretarius.

Quid vobis videtur? Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales:

EX ORDINE PRESBYTERORUM

Petrum Gasparri
Ludovicum Henricum Luçon
Paulinum Petrum Andrieu

EX ORDINE DIACONORUM

Cajetanum De Lai.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti Amen.

---

[1]) Tim. 13.

Z Kongregacyi Rzymskich.

Pro indulgentia plenaria in fine Missionum valet etiam confessio peracta infra quinque ultimos dies.

Beatissime Pater,

Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter haec exponit:

Saepe ab Apostolica Sede omnibus fidelibus, qui concionibus Quadragesimae, Adventus, Missionum et Spiritualium exercitiorum, quae a sacerdotibus sive saecularibus sive regularibus habeantur, saltem ultra dimidium temporis interfuerint, aut alias saltem quinque conciones eiusmodi audierint, et benedictioni cum Cruce in postrema concione ab iisdem sacerdotibus impertiendae devote adstiterint, sub suetis conditionibus indulgentia plenaria concedi solet.

Quum vero inter istas conditiones etiam confessio sacramentalis postuletur, frequenter autem accidat, ut nequeant biduo omnium confessiones audiri, et exinde plures ex fidelibus indulgentiae gratia frustrati evadant; humilis orator generale indultum a Sanctitate Vestra enixe petit, vi cujus confessiones intra ultimos quinque dies praedictaram concionum periodorum peractae a christifidelibus, qui, ut supra, adstiterint, ipsis pro lucranda ultimo die indulgentia plenaria suffragetur, dummodo ceteras conditiones, in respectivis indultis requisitas, rite adimpleant.

Et Deus etc.

Sactissimus Dominus Noster Pius PP. X. in audientia habita die 28. Augusti 1907. ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposi tae, benigne annuit pro gratia iuxta preces, ceteris servatis de iure servandis. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 28. Augusti 1907.

Pro Emo Dno Card. Praefecto
Fr. H. M. Card GOTTI.

† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

Indulgentia pro iaculatoria prece ad Cor. Iesu Eucharisticum.

Cor Jesu Eucharisticum, cordis sacerdotalis exemplar, miserere nobis,

Trecentos dies de vera indulgentia in Domino concedimus.

PIUS PP. X.

Presentis rescripti authenticum exemplar exhibitum fuit huic S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae.

In quorum fidem.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 11. Septembris 1907.

† D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

CARCASSONEN.

Permittitur compositio olei et cerae in lampade Sacramenti.

Hodiernus Episcopus Carcassonen. a Sacrorum Rituum Congregatione reverenter expostulavit:

An permitti possit quaedam compositio ex oleo olivarum et cera apum ad nutriendam lampadem, quae continuo ardere et lucere debet ante altare et tabernaculum, ubi asservatur SSmum Eucharistiae Sacramentum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita Commissionis Liturgicae sententia, propositae questioni respondendum censuit: *Affirmative, nihilque obstare in casu* [1]).

Atque ita rescripsit. Die 8 Novembris 1907.

S. Card. CRETONI, *Praefectus.*

† D. Panici, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

Declaratio Decretorum de luce electrica.

Nonnulis Postulatis lucis electricae usum in ecclesia respicientibus Sacra Rituum Congregatio, exquisito suffragio Commisionis Liturgicae, ita respondere censuit:

Lux electrica vetita est non solum una cum candelis ex cera super altari iuxta. decretum *Natcheten.* 16. Maii 1902. sed etiam loco candelarum vel lampadum, quae coram Sanctissimo Eucharistiae Sacramento vel Sacris Reliquiis aut imaginibus Sanctorum praescriptae sunt. Pro aliis ecclesiae locis et ceteris casibus illuminatio electrica ad prudens Ordinarii iudicium permittitur, dummodo species non habeatur theatralis ad mentem decreti n 3859 diei 4. Iunii 1895.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 22. Novembris 1907.

S. Card. CRETONI, *Praefectus.*

† D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

---

[1]) Iam S. C. Rituum decreto *Plurium dioecesium* diei 9. Iulii 1864. n. 3121. ubi oleum olivarum haberi nequeat, remisit „prudentiae Episcoporum, ut lampades *(eucharisticae)* nutriantur ex aliis oleis quantum fieri possit vegetalibus". Cfr. *Acta S. Sedis,* vol. 1, pag. 38. Hinc nil vetat, quominus Episcopi coram SSmo Sacramento permittant etiam compositum ex oleo olivarum et cera apum coalescens

SPRAWOZDANIE KASOWE TOWARZYSTWA ŚW. JÓZEFA ZA ROK 1907.

Przychód: Pozostałość z r. 1906: 2130 Kor. 43 hal.

X. Prałat J. Jaworski. 10 Kor., 43 hal. XX. Dek. Bocheńskiego 164 Kor., X. Kan. Dr. A. Kopyciński 8 Kor., X. Puskarz 2 Kor., XX. Dekanatu Czchowskiego 80 Kor., X. Pawlikowki 10 Kor., XX. Dekanatu Tarnowskiego 84 Kor., XX. Dekanatu Tuchowskiego 114 Kor., X. Prof. Dr. St. Dutkiewicz 6 Kor., XX. Dekanatu Mieleckiego 140 Kor., XX. Dekanatu Brzeskiego 130 Kor., XX. Dekanatu Ropczyckiego 118 Kor., Parafia Czermin 39 Kor., 85 h. XX. Dekanatu Radomyskiego 126 Kor., Wydział krajowy 600 Kor., XX. Dek. Tymbarskiego 114 Kor., X. Kan. Dr. St. Dutkiewicz 8 Kor., XX. Dekanatu Bobowskiego 104 Kor., XX. Dekanatu Radłowskiego 132 Kor., XX. Dekanatu Limanowskiego 132 Kor., XX. Dekanatu Łąckiego 144 Kor., XX. Dekanatu Wojnickiego 144 Kor., X. Harbut 6 Kor., XX. Dekanatu Pilznieńskiego 100 Kor., XX Dekanatu Kolbuszowskiego 58 Kor., XX. Dekanatu Staro-Sandeckiego 76 Kor., XX. Dekanatu Tarnowskiego 96 Kor. Z fund. śp. X. Marcina Leśniaka 29 Kor. 93 hal., Procent od książki wkładkowej Tarnowskiej Kasy Oszczędności 87 Kor. 50 hal. Razem 4993 Kor. 71 hal.

Rozchód: Zapomogi na missye ludowe i rekolekcye:
w Lubczy 100 Kor., w Otfinowie 10 Kor., w Wielogłowach 100 Kor., w Tęgoborzy 100 Kor., w Jakubkowicach 150 Kor., w Zbyszycach 100 Kor., w Katedrze 200 Kor., nauczycieli w Nowym Sączu 100 Kor., nauczycieli w Tarnowie 200 Kor., w Mielcu 150 Kor., Kleryków 160 Kor., w kościółku na Górze św. Marcina 200 Kor., w Woli Rzendzińskiej 150 Kor., w Chorzelowie 100 Kor. Razem 1910 Kor.

ZESTAWIENIE:

Przychód: 4993 Kor. 71 hal.
Rozchód: 1910 Kor.
Pozostaje: 3083 Kor. 71 hal.

Altaria portatilia

są do nabycia w Kancelaryi Konsystorskiej po 10 Koron za egzemplarz.

MUTATIONES INTER VEN. CLERUM.

Instituti: Ad Ben. cur. in Kasina wielka R. Stephanus Tabaszewski, — ad Ben. in Rożnów R. Franc. Staszałek.

Translati: R. Joannes Słowik e Zassów-Czarna ad Ochotnica, R. Joannes Mika e Ryglice ad Zassów-Czarna, R. Val. Mucha e Pilzno ad Ryglice, R. Barth. Harbut e Lubcza ad Zawada, R. Carolus Suwada (jun.) e Chełm ad Góra Ropczycka, R. Joannes Łanowski e Góra Ropczycka ad Chełm.

Nominati: R. Joannes Wiejaczka par. in Paleśnica, Vice-decanus et R. Joannes Sowicki par. in Wojakowa Notarius decanatus Czchovensis, R. Stanislaus Nowak (sen.) administrator in spiritualibus in Źwiernik, R. Franc. Słowiński par. in Żeleźnikowa administrator excurrendo beneficii in Biegonice.

Decorati: *Roch. et Mantel.;* R. Mathias Miętus par. in Lubzina, R. Jos. Nikiel par. in Zaborów, R. Joan. Pilch par. in Wietrzychowice, R. Andr. Mucha par. in Okulice, R. Joannes Wiejaczka par. in Paleśnica. *Expositorio canon.:* R. Val. Dutka par. in Szczurowa et R. Jos. Stopa par. in Czchów.

Piis ad aram precibus commendantur animae: p. d. Michaëlis Rozmus, Defic. emer. Capellani incarcer. in Wiśnicz, qui die 4 febr. in Zebrzydowice obiit. *Societati precum adscriptus.*

p. d. Leopoldinae Morawiecka, monialis Ord. St. Clarae Vet. Sandeciae, die 6. febr. defunctae.

p. d. Joannis Głowacz, parochi in Brzozowa, qui d. 30. martii mortuus est. *Societati precum adscriptus.*

p. d. Andreae Niemiec, Decani Vetero-Sandecensis et parochi in Biegonice, qui die 3 maji in Domino abdormivit. *Societati precum adscriptus.*

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO,

W Tarnowie, dnia 10. maja 1908.

X. Władysław Chendyński
Kanclerz.

† LEON
BISKUP.

Nakładem Kleru dyecezalnego. Drukiem Zygmunta Jelenia w Tarnowie.